

ut quis à vinculis eximatur, sed ne fame moriatur, atque ita liberationem carceratorum à causis pietatis quoad alienanda Ecclesie bona, D. Covarr. excludit. In quo existimo plurimum Prælatorum arbitrio deferendum.

Verf. Quinto his addiderim.

99 Legatum relictum pro redimendis eis, qui apud hostes in servitute sunt, per exequutores testamenti applicari nequit ad liberandos existentes in carcere, sive pro criminibus, sive pro debitis.

Verf. Ex quibus omnibus.

100 Bona Ecclesie alienari non possunt pro libertate eorum, qui ad triremes dantur, Vazq. d. n. 37. Mexia ubi proxime. Quod tamen posset limitari ex mente D. Covarr. sup. verf. Quarto, etsi pium, in fine, quando remex teneretur, ac posset suo labore aliquibus alimenta præbere, qui alias inedia essent extinguendi, ut parens, uxor, liberi.

101 Cum sæpe rerum mobilium pretiosarum, ac immobilium in superioribus meminerimus, oportet scire, quæ illæ sint. Quoad alienationis itaque prohibitionem in hoc tractatu, bona immobilia dicuntur, nedum quæ corporalia sunt, & à loco amoveri non possunt, ut fundus, domus, sed etiam jura, quæ stabilia sunt, ut servitutes, jus patronatus, usus, fructus, annui redditus, census, & similia; item jura & actiones ad immobilia, Delbene dubitat. 2. section. 1. n. 1. cum seqq. ubi plures Aug. Barbof. d. allegat. 95. num. 4. 6. Bonacin. sup. punct. 2. n. 19. Vazq. sup. dub. 13. n. 45. Hermosill. in l. 1. §. glof. 1. num. 60. cum seqq. tit. 5. p. 5. P. Molin. disp. 465. n. 3. Inter quæ, etiam beneficia Ecclesiastica enumerat, atque Delbene sup. n. 2. Quod est intelligendum ita ut non solum Ecclesie debita servitutes, census, vel usufructus in alios transferri prohibeantur, sed etiam de novo super bona Ecclesie constitui, ut præter laudatos notat Pellizzar. d. c. 8. n. 36. 49. qui n. 42. bene advertit, quod ad extinctionem censuum redimibilibium, quos super bona aliorum habet Ecclesia, nulla causa, aut solemnitas desideratur, cum ex natura contractus censualista jus redimendum, etiam invita Ecclesia, habeat, quod ei denegari nequit, quanquam non expediat, pecunia tamen ex redemptione census percepta implicari debet in redemptione alterius, aut rei immobilis, nec absque solemnitatibus expendi permittitur in solutionem æris alieni etiam sceneratitii; ut de Regularibus agens probat Pellizzar. n. 43. 44. Sunt autem bona immobilia, quæ alienari possunt, non intervenientibus juris solemnitatibus, propter eorum tenuitatem, ut terræ, & steriles, de quibus cura non habetur, cap. terrulas, l. 2. q. 2. Aug. Barbof. cum multis, n. 50. Delbene ubi proxime, n. 20. verf. Ratio autem, Mascard. de probat. conc. 75. n. 26. Quaranta in summ. Bullarii, verb. alienatio, n. 41. Pellizzar. n. 136. qui testatur, ita declarasse S. Congregat. 19. Decemb. anno 1596. his verbis. Sacra Congregatio censuit, neque Constitutionem Paul. I. I. neque Conc. Trident. decretum derogasse dispositioni cap. Terrulas, l. 2. q. 2. Est tamen necessitas, sive causa opus, ut in d. cap. Terrulas, expressum est, & advertunt præcati, & Hermosill. ex aliis, n. 87.

102 Bona mobilia pretiosa (quæ immobilibus in hac prohibitione æquiparantur, & similiter alienari absque solemnitate nequeunt, Delbene n. 8. 9. Barbof. nu. 39. Bonacin. punct. 2. n. 2. Hermosill. n. 17. 58. Pellizzar. n. 9. Ricc. in prax. for. Eccles. decis. 61.) dicuntur vasa argentea, vel aurea, bibliotheca copiosa, vestes majoris pretii, & alia hujuscemodi. Quantum valere debeat res, ut in hoc tractatu pretiosa censeatur, certò definiti non potest, sed Judicis arbitrio committitur. Bonac. punct. 4. n. 3. verf. Ad cognoscendum, Redoan. q. 10. Filliuc. tom. 3. tract. 44. c. 4. n. 4. Barbof. nu. 51. Quarant. sup. Marc. Ant. Genvens. in prax. Neapolit. c. 60. num. 3. Hermosill. n. 88. Peirina. tom. 1. de privileg. Minor. in Constit. 9. Julii II. n. 15. Ricc. decis. 39. num. 8. Sacra verò Congregatio declaravit, rem non esse pretiosam, quæ valore viginti quinque scutorum aureorum non excedit, Delbene dubit. 1. n. 23. ubi alii.

103 An pecuniam, quæ in Montibus pietatis, vel in cambiis implicata fructificat, aut quæ destinata est ad emptionem

immobilium, possit Prælati absque solemnitatibus in alios usus expendere, ac alienare? docent Delbene dubit. 2. sect. 3. Aug. Barb. à n. 40. Vazq. sup. n. 44. Pellizzar. n. 101. cum seqq. Bonac. ubi proxime, num. 5. qui negativè respondent. Idemque dicendum est de pecunia reposita in subsidium instar thesauri pro necessitatibus Ecclesie, Barbof. num. 41.

Non tamen sufficit, rem esse pretiosam, ne alienari possit; sed etiam requiritur, quod servando servari queat in longum tempus, atque ita res, quæ ultra triennium sua natura permanere non potest, & quæ usu consumitur, nec fructificat alienari non prohibetur, ut vinum, oleum frumentum, & similia, quorum etiam maxima quantitas distrahi absque solemnibus permittitur, Delbene dubit. 1. ex n. 57. Hermosill. n. 18. verf. Ea enim, Pellizzar. n. 9. Bonacin. punct. 2. n. 4. Pat. Molin. n. 4. ubi de vestibus, mancipiis, & jumentis, quæ utique sic alienari possunt.

His addendum erit, quòd si res distrahenda, fuerit consecrata; aut alteri Ecclesie vendi debet, ut eidem usui sacro deserviat, aut si ad laicos transferatur, prius constanda est, quam tradatur; l. sancimus 19. C. de Sacrosanct. Eccles. l. 2. ut. 14. p. 1. c. 2. §. Præterea 10. q. 2. Molin. d. tract. disp. 340. n. 22. Hermosill. sup. n. 15.

AD CAPUT XVII.

De solemnitatibus in alienatione bonorum Ecclesie ad b. b. n. d. s. ac de Emphyteutis Ecclesiastica concessione.

SUMMARIUM.

- 1 Res Ecclesie quomodo in emphyteusim concedi permittatur.
- 2 De solemnitatibus in alienatione bonorum Ecclesie requisitis, qui egerunt.
- 3 Ecclesie nomine qua loca contineantur, cum de bonorum alienatione prohibita tractatur.
- 4 Quæ solemnitates de jure ad alienationem bonorum Ecclesie desiderantur, usque ad n. 17.
- 18 Alienatio bonorum Ecclesie valet, etsi non interveniant solemnitates legibus secularibus introductæ.
- 19 Casus, in quibus alienatio, omittis solemnitatibus tenet, recensentur ad n. 24.
- 25 Casus à Neoterico inventi rejiciuntur.
- 26 Alienatio sub conditione impetrandi assensum à Pontifice an valeat.
- 27 Tractatus unicus sufficit in alienatione bonorum Ecclesie.
- 28 Episcopo volente rem Ecclesie, etiam inferioris, alienare, Capitulum ad tractatum, & consensum præstandum vocari debet.
- 29 Quid si Rector Ecclesie inferioris auctor sit alienationis.
- 30 Quomodo Prælati in alienationibus his auctoritatem interponat.
- 31 Quis auctoritatem præstet, ubi Ecclesia est in una Diocesi, & bona ejus, de quorum alienatione tractatur, in altera.
- 32 Alienatio rerum pretiosarum Ecclesie, quæ servando servari possunt, non subsistit, nisi concurrant, & juris solemnitates, & causa justa.
- 33 Pontifex an justè possit alienationi rei Ecclesiasticae absque causa consentire, aut per se alienare.
- 34 Alienatio solemniter facta, ubi causa non valet, & quid si justa causa intervenire falsò putabatur, ad n. 36.
- 37 Alienatione solemniter facta, iusta causa fuisse creditur.
- 38 Secus si solemnitas defecerunt.
- 39 Ut alienatio rei Ecclesiastica pro are alieno solvendo distrahta subsistat, quæ probari ab emptore debeant, & num. 40.
- 41 Ecclesia non obligatur ex mutuo, nisi probetur in ejus utilitatem esse versum, & quid de Civitate? ad n. 48.
- 49 Versio pecunie in utilitatem Ecclesie quomodo probetur.
- 50 Res Ecclesie absque juris solemnitatibus in emphyteusim dari non potest.
- 51 Limitatur, de quo ad n. 57.

58 Solemnitates juris in alienatione bonorum jure præscriptæ, an possint tolli consuetudine, ad n. 62.

63 Emphyteusis Ecclesiastica pro hereditibus accepta absque juris solemnitatibus juxta consuetudinem, ad quos transeat.

64 Textus in auth. de non alien. aut permut. reb. Eccles. §. Emphyteusim, & §. Licentiam, conciliantur, ad n. 66.

67 Res Ecclesiasticae possunt in emphyteusim perpetuo, & pro quibuscumque hereditibus concedi, servatis juris Canonici solemnitatibus; & n. 68.

69 De constitutionibus Principum secularium quoad alienationem bonorum Ecclesie curandum non est.

70 Emphyteusis Ecclesiastica accepta pro aliquo, & ejus hereditibus in perpetuum, juris solemnitatibus adhibitis, an ad extraneos pertineat? ad n. 75.

76 Emphyteusis Ecclesiastica pro quibuscumque hereditibus accepta, ad extraneos spectat, n. 77.

78 De aliis formulis dandi rem Ecclesiasticam in emphyteusim, ut ad extraneos successores pervenire possit.

79 Emphyteusis Ecclesiastica ex conjecturis præsumitur ita concessa, ut ad extraneos heredes deveniat.

80 Emphyteusis Ecclesiastica præscriptione quaesita, ad quos heredes transeat? & n. 81.

82 Emphyteusis Ecclesiastica simpliciter accepta, ad quos transferatur? & n. 83.

84 Emphyteusis ab Ecclesia concessa ad certum tempus, etiam ad extraneos devenit successores.

85 Quid si detur ad tertiam, vel quartam generationem.

86 De variis formulis concedendi emphyteusim, remissive.

1 Paulus II. in Extravagant. Ambitiose, de reb. Eccles. inter Communes, permittit, res Ecclesie in emphyteusim absque juris solemnitatibus concedi, modò tria concurrant: Primum, quòd dentur in casibus à jure permittis; Secundum, ut sint jam solite emphyteuticari; Tertium, quòd in Ecclesia utilitatem concessio cedat evidenter, de quibus per August. Barbof. de potestat. Episcop. part. 3. allegat. 95. à nu. 22. Francisc. Pellizzar. in manuali Regularium, tom. 1. tract. 6. cap. 8. num. 18. cum aliis, Molin. de just. & jur. tract. 2. disput. 466. nu. 2. Thom. Delbene de immunit. Ecclesiastic. tom. 2. c. 17. dubit. 15. n. 7. cum seqq. & alios infra referendos, ubi cum D. Covarr. de his agendum est. Nunc ejusdem vestigia insectantes, de solemnitatibus, quæ in alienatione bonorum Ecclesie Sacris Constitutionibus desiderantur, differemus.

Ad Num. 1.

2 Quæ solemnitates debeant intervenire, ut valida sit bonorum Ecclesie alienatio, plenè tradidere Card. Tusch. tom. 1. lit. A. conc. 271. à nu. 52. Delbene sup. dubit. 9. tit. difficultatis resolutio, Castill. de usufruct. cap. 54. à princip. Pet. Gregor. syntagmat. jur. lib. 2. §. cap. 8. nu. 3. 9. cum aliis, Alcan. Tamburin. de jur. Abbat. tom. 3. disp. 13. quest. 8. Mascard. de probat. tom. 1. conc. 75. ex num. 12. Pat. Vazq. in opuscul. tract. de redditib. cap. 2. §. 2. dub. 12. Hermosill. in l. 15. glof. 1. à nu. 34. tit. 5. part. 5. Bonacina in summa tom. 1. tract. de alienatione bonor. Ecclesiasticor. disp. 2. quest. unic. punct. 4. à princip. Greg. Lop. in l. 2. tit. 14. part. 1. Pellizzar. sup. n. 111. cum seqq. Aug. Barbof. de jur. univ. verf. Ecclesiastic. lib. 3. c. 30. à n. 7. Molin. disput. 468. à nu. 3. Guilielm. Redoan. de reb. Eccles. non alienand. q. 23. cum aliis.

3 Est præmonendum in hoc tractatu, Ecclesie appellatione contineri Monasteria, tam virorum, quam feminarum, Hospitalia, Confraternitates, Capellas, & alia loca pia Episcopali auctoritate fundata, quorum bona absque solemnitatibus referendè alienari prohibentur, Castill. sup. n. 24. Delbene dubitat. 1. à n. 14. Hermosill. n. 76. 79. 80. Bonacin. punct. 2. nu. 10. Redoan. q. 28. Stephan. Quaranta in summ. bullarii, verb. Alienatio, n. 28. 41. Pet. Gregor. n. 2. & habetur in auth. hoc jus porrectum. C. de Sacrosanct. Eccles. cap. ea enim, 10. q. 2.

4 Juxta Canonicas functiones quinque conditiones requiruntur, ut alienatio rerum immobilium Ecclesie, vel mobilium pretiosarum, quæ servando servari possunt, sub-

sistat. Prima est, tractatus, qui ut legitime fiat, oportet, quòd congregato Capitulo, sive aliis personis, quæ consensum præstare debent; alienatio proponatur, & utrinque rationibus perpenfis, discutatur, ac disparetur, an necessarium, aut utile Ecclesie sit, quod res distrahat, atque ita tractatus nihil aliud est, quàm alienatione facienda consultatio. Pet. Gregor. n. 9. Delbene, dubit. 9. tit. difficultatis resolutio, num. 2. Tusch. tom. ult. lit. T. conc. 338. Castill. n. 13. Barbof. ubi proxime, n. 7. Pellizzar. num. 117. Lotter. de reb. beneficiar. lib. 1. quest. 28. num. 4. Hermosill. n. 34. Filliuc. tom. 2. tract. 44. cap. 15. n. 13. Redoan. quest. 23. quod probatur ex cap. sine exceptione 52. 12. q. 2. c. 1. cap. tua 8. de iis, quæ sunt à Prælat. c. 1. de reb. Eccles. lib. 6. In quo tractatu si oportuerit, causæ cognitio versatur, ut præfati DD. advertunt. Speciale autem est, quòd in Societate Jesu observatur, quia solum cum patribus consultoribus de alienatione facienda tractatur, quorum consensus ad alienationis valorem non desideratur, Pellizzar. ubi proxime, P. Molin. num. 13. An triplex tractatus sit necessarius? Infra cum D. Covarr. dicemus.

Secunda, consensus Capituli, Collegii, aut Communitatis, ad quam res alienanda spectat, quæ si fuerit Ecclesie Parochialis, plures beneficiarios habentis, etiam ipsi consentire debent, d. cap. sine exceptione, cap. 2. & cap. tua, cap. 2. de reb. Eccles. in 6. l. 2. tit. 14. p. 1. Castill. n. 17. Cyriac. contr. forens. tom. 2. contr. 300. n. 6. Delbene n. 3. Tusch. d. conc. 75. n. 5. 2. 53. Hermosill. n. 51. verf. Secundo, ultra tractatum. Bonacin. n. 2. verf. Post tractatum, Barbof. n. 8. Vazq. d. dub. 12. Pet. Gregor. nu. 3. 13. Pellizzar. n. 118. Redoan. q. 26. n. 11. 16. 19. 20. Molin. n. 6.

Quot, & quomodò vocandi sint ad tractatum, & ad præstandum consensum Capitulares, sive Collegæ, docet latè Hermosill. à nu. 36. Illud autem compertum est, sufficere ad validitatem alienationis, quòd major pars eorum, qui convenerint, consentiat, Castill. ubi proxime, Molin. num. 6. Panormitan. in cap. 1. n. 5. de iis, quæ sunt à Prælat. Delbene à nu. 6. Redoan. quest. 24. num. 11. Bonacin. ubi proxime, Hermosill. n. 41. Pellizzar. num. 118. Pet. Gregor. n. 9.

Consensus verò tacitus hac in re non sufficit, quia expressus requiritur, ex d. cap. 1. de iis, quæ sunt à Prælat. ut ex verbo, Collaudatio, colligitur, & docent Molin. Pellizzar. Bonacin. ubi proxime, Lotter. sup. num. 17. Delbene num. 5. Illi quoque in Capitulo congregari præstare debent, non seorsim, quoniam tunc non verificaretur, Capitulum consensisse, quòd jura deposcunt, Delbene n. 8. Hermosill. d. verf. Secundo post tractatum, Castr. Palao disp. 9. quest. unic. de reb. Eccles. punct. 15. §. 2. n. 10. Gregor. Lop. in d. l. 2. glof. 1. Rebus in compend. de alienat. reb. Eccles. n. 62. Lotter. nu. 22. Rota decis. 484. n. 6. part. 1. in recent. nec dissentit Pellizzar. num. 118. qui tamen in contrariam sententiam inclinat cum Bonacin. n. 2. Sylvest. in sum. verb. Alienatio, n. 5. Vazq. d. dub. 12. n. 43. quibus placet, sit esse, quòd singuli separatim consentiant extra Capitulum, si in eo tractatus circa alienationem præcessit. Sed prior opinio tenenda est.

Ad hæc solemnitas consensus Capituli in alienatione rei Ecclesiasticae requiritur, ut, si fortè propter bellum, pestem, aliamve causam Capitulares deficiant, Episcopus alienare intendens teneatur Clericos loco eorum subrogare, cum quibus tractatus habeatur, ab eisdemque consensus est præstandus; Molin. n. 6. in fine, Panormitan. sup. n. 7. Delbene, n. 11. Pellizzar. n. 119.

Tertia, quòd Superioris auctoritas, cap. Abbatibus 41. 12. q. 2. cap. in venditionibus 40. 17. q. 4. Clement. 1. de reb. Eccles. l. 63. tit. 18. part. 3. Authent. Hoc jus porrectum. C. de Sacrosanct. Eccles. Notant Castill. n. 16. Delbene à n. 14. Redoan. quest. 26. n. 28. Molin. num. 3. 4. Pet. Gregor. n. 1. 16. Filliuc. sup. cap. 5. quest. 6. n. 12. 13. Hermosill. n. 52. Pellizzar. num. 111. 115. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 7. num. 16. Azor. institut. moral. lib. 9. q. 4. Aug. Barbof. d. cap. 30. num. 9. Vazq. d. dub. 12. Tusch. n. 52. Bonacin. n. 4.

Quis autem Superior intelligatur, ut auctoritatem sive consensum interponat, quæri solet? & quoad Ecclesias facultates constat, Episcopum in sua diocesi hujusmodi facultatem habere, necnon quoad Regulares, quæ exemptæ

non sint, ut ex iuribus nuper allatis probatur, & omnes præcitati DD. edocent. Sed Capitulum, Sede vacante, tem Ecclesiæ Cathedralis alienare non valet, cap. si qua 42. cap. Precaria 44. 1. 2. quæst. 2. nisi assensu Apostolico interveniente, qui etiam de iure, ante Constitutionem Pauli II. desiderabatur, Hermos. num. 53. Autoritatem tamen alienationibus bonorum inferioris Ecclesiæ præstare non prohibetur, Ricc. in prax. for. Eccles. decis. 84. de alien. rer. Eccles.

11 Quod si Episcopus auctor sit alienationis rei ad Ecclesiam Cathedralem spectantis, quæstionis est, num opus sit Archiepiscopi, vel Primatis assensus Affirmant Gros. verb. Defensor, in fine, in cap. 1. de reb. Eccles. in 6. Bonacin. ubi proxime Bald. in Authent. hoc jus porrectum, C. de Sacrosanct. Eccles. & alii. Sed contrarium est verius, ut sentiunt Molin. d. n. 4. Castill. n. 18. 19. Pet. Gregor. n. 17. Redoan. qu. 4. 1. ex num. 45. Greg. Lop. in l. 63. glof. 3. tit. 18. p. 3. Quod communiter limitatur, quando Prælati iuravit, se non alienaturum. Idem asserit Castill. si res alienanda esset maximi valoris, quod scilicet consensus Archiepiscopi petatur.

12 In Monasteriis exemptis Monachorum, Abbatis auctoritas adhiberi debet, Delbene n. 15. Pellizzar. num. 115. Castill. n. 23. Pet. Greg. n. 16. Redoan. q. 24. n. 13. In Ordinibus Mendicantium, Provincialis alienationi consentit, Delbene n. 16. Pellizzar. ubi proxime, quod declarat Bonacin. num. 4. ut si Superior localis alienet, satis sit quod Provincialis auctoritas intercedat, secus si idem Provincialis auctor sit alienationis, quia à Generali assensus est postulandus. In Religione Teatinorum solus Generalis potest alienationibus accommodare auctoritatem, Delbene num. 16. Similiter in Societate Jesu: Pellizzar. ubi proxime. In Monasteriis Monialium non exemptis, Episcopi assensus expectandus erit; in exemptis Abbatis, vel Provincialis, secundum Ordinis qualitatem, Pellizzar. n. 116.

13 Auctoritas Episcopalis per Vicarium generalem interponi nequit, nisi eidem specialiter committatur; Castill. n. 2. 2. in fine, Redoan. q. 4. 1. n. 59. Cavalcan. decis. 45. num. 40. Nec tacite præstita ab Episcopo, vel alio Superiore prodest, quoniam expressus desideratur assensus; Glof. verb. perperuis, in cap. 1. de reb. Eccles. ubi notat Barbof. in collect. num. 15. Pet. Gregor. num. 16. Tiraquel. de iur. marit. glof. 7. n. 13. 69. et si contrarium placuerit Delbene, n. 18. Layman. lib. 3. tract. 4. c. 10. n. 4.

14 Quarta conditio requisita, est subscriptio Capitularium aut Collegiarum, sed non in omni alienatione, nam solum adhiberi debet in venditione, permutatione, & donatione, c. 1. cap. tua 8. de iis, q. fiunt à Prælat. d. cap. sine exceptione, in fine, 1. 2. q. 2. Delbene ex n. 24. Pet. Gregor. n. 14. Molin. n. 7. Aug. Barbof. d. cap. 30. nu. 8. Pellizzar. n. 121. 122. Lels. de iustit. lib. 2. c. 24. dub. 11. Bonacin. nu. 3. vers. Tertio requiritur, Castill. num. 17. ubi rectè advertit, quod omnes, qui Capitulum interfuit, debent subscribere, si major pars consentiat; sequitur Hermosill. dict. glof. 1. num. 47. Nisi alienatio evidenter cesserit in Ecclesiæ præiudicium, quo casu tenetur pars dissentiens appellare; Pellizzar. num. 23. qui hoc deducit ex cap. si quis Presbyterorum 6. de reb. Eccles.

15 Hæc veid subscriptio solemnitas generalis consuetudine sublata est, atque ita necessaria non erit, nisi alicubi contrarium observatur. Notarius tamen nomina omnium, qui congregari sunt, instrumento alienationis inserit, ut habetur in l. 63. tit. 18. part. 3. ubi forma conficiendi instrumenta de alienatione bonorum Ecclesiæ traditur. Ita observant Delbene, & alii proxime laudati.

16 Quinta tandem est, ut consensus Apostolicus impetretur, qui omnino desideratur, ubicunque Extravagans, Ambrosiana, de reb. Eccles. inter Commun. quoad hoc fuerit recepta: quoniam Paulus II. hanc solemnitate cæteris addidit; atque ita quoties res Ecclesiastica alienari absque solemnitatibus nequit, toties Pontificia intervenire debet auctoritas, quæ præstari solet, facta delegatione aliquibus in dignitate constitutis, ut si eidem de necessitate, vel utilitate Ecclesiæ constiterit, nomine Pontificis alienationi auctoritatem adhibeant. Ita Delbene ubi sup. a numer. 29. Barbof. de potest. Episcop. part. 3. allegat. 95. numer. 66. 71.

Pellizzar. n. 111. Hermos. n. 95. Bonacin. num. 6. Avendañ de exequend. mandat. part. 1. c. 4. a. n. 37. Franc. Leo in thesau. for. Eccles. c. 15. n. 7. Quarant. sup. n. 5. Malcard. d. conc. 75. n. 19.

Ubi præfatus assensus intercesserit ritè impetratus, & 17 absolute præstitus, omnes supplet juris solemnitates, ut observant Tamburin. sup. q. 1. n. 9. Castill. n. 21. Delbene à n. 38. Rebuff. in compend. de alienat. rer. Eccles. n. 15. vers. Fallit quando Papa, Pellizzar. n. 113. Hermosill. cum pluribus, n. 85. Filliuc. sup. d. cap. 5. n. 9. Redoan. q. 27. n. 12. & q. 43. n. 2. Bonacin. ubi proxime, vers. Dixi, iure antiquo, Tusch. d. conc. 271. n. 80. 84. Ricc. in prax. for. Ecclesiastica. decis. 37. n. 1.

Hæ sunt conditiones, sive solemnitates, quas tam iure 18 antiquo, quam novissimo in alienatione prædictarum rerum Ecclesiæ Canonice sanctiones induxerunt; alia vero Principum secularium constitutionibus sunt præscriptæ, quæ habentur in Authent. hoc jus porrectum, C. de Sacrosanct. Ecclesiis. l. 63. tit. 18. part. 3. & in Ordinament. Lusitan. lib. 2. tit. 13. ubi cavetur, ne vasa aurea, aut similia pretiosa alienentur absque Regia facultate, ut refert Molin. sup. disput. 340. num. 22. in fine. Sed de istis curandum non est, cum ad valorem alienationis minimè requirantur, nec de consuetudine observentur, ut notat Pet. Gregor. sup. num. 18. Tusch. n. 54. Rebuff. ad leg. Gallie, in proem. glof. 5. num. 24. August. Barbof. in collectan. d. authent. hoc jus porrectum, n. 7. Quoniam iure Canonico approbatæ non sunt, quare Ecclesiasticos non astringunt, ut notatur in cap. Ecclesia Sancta Maria 10. de constitutionib. ubi Aug. Barbof. in collectan. Greg. Lop. in l. 2. glof. ult. tit. 14. part. 1. & est textus in c. 1. 90. distinct. qui loquitur in specie.

Non semper alienatio absque assensu Pontificio cele- 19 brata, est irrita; aliquando enim illo, imò omni deficiente solemnitate, res Ecclesiæ distrahi iure potest, ut videre licet apud Barbof. d. alleg. 95. per tot. Delbene sup. à n. 43. & dubit. 23. Rebuff. in compend. de alienat. rer. Ecclesiastic. a. n. 24. & ultra casus, qui in dict. Extravag. Ambrosiana, excipiuntur: scilicet locatio ad triennium, quæ quidem alienatio dici nullo modo potest. Concessio in emphyteusim eodem modo, qui dictus est sup. n. 1. & distractio eorum, quæ servando servari nequeunt, alii non pauci, qui sub eam prohibitionem non cadunt, recensentur.

Primus est, si necessitas ita urgeat, ut locus ad postulandum assensum, vel solemnitates adhibendas non sit, quia periculum est in mora; Barbof. num. 58. Delbene disp. 23. n. 2. Hermosill. d. glof. 1. n. 98. Rebuff. n. 35. Malcard. d. conc. 75. n. 29.

Secundus, quando consuetudine legitime præscripta obtentum sit, ne dicta constitutio servetur, Delbene dubit. 9. tit. difficultatis resolutio, n. 43. Pet. Gregor. nu. 19. Malcard. num. 24.

Tertius, in alienatione rei exigua, quæ nullas requirit 20 solemnitates, ut dictum est sup. c. proxi. n. 101.

Quartus, si Religioni incapaci retinendi, etiam in communi, ut Capucinis, vel Franciscanis quicquam relinquatur: quod Prælati liberè in alios transferre poterit, & pretium in usus Monasterii expendere, quoniam illud dominio Ecclesiæ incorporatum nunquam fuit; Delbene ubi proxime, numer. 46. Hermosill. numer. 78. Pellizzar. n. 10. Barbof. n. 59. Filliuc. d. tract. 44. c. 4. n. 32. Rebuff. n. 21.

Quintus, cum res ita Ecclesiæ relinquatur, ut adveniente conditione, vel die alii restituatur; nam ad restituendum solemnitas opus non est: facit l. magis puto 5. §. Si fundus ff. de reb. eorum, Vgolin. de potest. Episcop. cap. 14. §. 7. n. 5. Delbene num. 47. & dubit. 10. num. 3. 4. Barbof. n. 61. Pellizzar. n. 57.

Sextus, in transactione de re immobili, quæ penes Ecclesiam non sit, nam Prælati iure dubio ad illam cedere permittitur, Rebuff. ubi proxime, Pellizzar. num. 26. Barbof. num. 63. Delbene dubit. 12. num. 4. ubi ampliatur ad rem injustè possessam.

Septimus, in remissione caducitatis, quam Prælati solus facere valet emphyteutæ, aut vassallo, Delbene ubi proxime, num. 9. Barbof. n. 64. 65. Jul. Clar. receptar. sentent. lib. 4. §. Emphyteusis, q. 10. vers. Sed nunquid; Pellizzar. n. 66. Bonacin. sup. punct. 2. n. 21.

Octavus

21 Octavus, in repudiatione hereditatis, vel legati Ecclesiæ relicti, quod tamen absque controversia non est, cum scilicet aliquid immobile, vel mobile pretiosum Ecclesiæ obveniret per acceptionem: & quod juris solemnitates ad repudiandum non desiderentur, suadet ex eo, quod aliud est alienare, & aliud non acquirere, l. alienationis 28. §. 2. ff. de verb. significat. Nec obstat, quod hic ceditur iuri ad immobile; quod est vetitum, ut ostendimus sup. cap. proxime, numer. 101. Nam respondetur, illud intelligi de actione, vel iure ad id, quod jam Ecclesiæ debetur, non ad acquirendum, sed lucrandum de novo, inter quæ multum interest, ut egregie inquit Imperator in l. ult. §. Si quis verò, ibi: Non enim par, eademque ratio videtur, amittere debita, & lucra non capere, C. de codicill. Ita tenet disputans Delbene dubit. 6. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 171. num. 53. Pellizzar. num. 60. Ricci. sup. tit. de alienat. rer. Eccles. decis. 69. Sanch. de matrim. lib. 6. disp. 4. num. 11. 12. Hermosill. sup. num. 98. Pat. Suarez de Religione, tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 27. num. 18. Pet. Greg. n. 19. Bonacin. punct. 2. num. 33. Panormitan. in c. tua, n. 8. de iis, quæ fiunt à Prælat. Rebell. de obligat. iustit. lib. 18. q. 14. n. 5.

22 Sed oppositum placet Molin. disput. 468. num. 12. Alexand. Trentacin. variar. lib. 2. tit. de minorib. resolut. 9. n. 5. Filliuc. dict. cap. 4. num. 34. licet quoad hereditatem priori sententiæ adhaereat, August. Barbof. n. 54. Menchac. de succession. progressiva, lib. 3. §. 27. num. 23. Azor. institution. moral. part. 2. lib. 9. cap. 1. quest. 12. Geminian. in cap. 1. num. 19. de reb. Eccles. Quaranta sup. num. 23. Moneta de Conservat. cap. 10. num. 36. Lambertini. de iur. patronat. lib. 3. quest. 9. art. 1. num. 31. A priori tamen sententia recedendum non est, ut magis communi, ac iuri consona. Ecclesiæ verò ex repudiatione læsa remedium restitutionis in integrum superest ad acceptandum, nisi hereditas; vel legatum alteri Ecclesiæ jam quæsitum reperitur; quia melior est conditio possidentis; nec privilegiatus contra pariter privilegiatum suo gaudet privilegio l. verum 12. §. Item quæritur ff. de minorib. Ita Pellizzar. num. 61. Delbene, numer. 23. Sanch. numero 15. qui alios laudat.

23 Nonus casus, in quo juris solemnitas non requiruntur, est, si quis Ecclesiæ rem præstet, aut relinquat eo pacto, ut liberè alienari absque assensu Apostolico, vel alia solemnitate possit. Hoc iudem obnoxium est controversiæ; nam quibusdam videtur, conditionem istam esse rejiciendam, ut potè quæ Sacris Canonibus adversatur; tæmque absque solemnitatibus Prælatum alienare non posse: sic sentiunt Quaranta in summ. Bullar. verb. alienatio, n. 31. 32. Bonacin. punct. 4. n. 11. Ricci. sup. decis. 67. Armilla in summ. verb. alienatio, n. 19.

24 Contrarium nihilominus rectius probant Delbene dubit. 10. Pellizzar. num. 52. Diana resolution. moral. part. 10. tract. 16. resolut. 41. Caltr. Palao sup. punct. 5. §. 2. n. 14. Ouib. assentiunt Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 14. num. 16. Castill. controversiar. lib. 4. cap. 61. num. 24. 42. 43. Gratian. decis. 131. Guttier. de tutel. part. 2. cap. 5. num. 62. & alii, qui per textum in l. 1. & in l. magis puto 5. §. Si fundus ff. de reb. eorum. docent, posse rem minoris absque decreto alienari, si testator id permiserit, qui eam reliquit. Ratio huius opinionis est, quia res sic concessa fuit cum ea qualitate incorporata bonis Ecclesiæ, ex voluntate concedentis, cui liberum est etiam non largiri: quo casu constitutionibus alienationem absque solemnitate prohibentibus locus non est. Nec aliqua turpitudine in ea pactione reperitur, etsi utilitati Ecclesiæ contraria sit; quoniam si hoc ita esset, consuetudine introduci nequiret, quod solemnitates juris non servarentur, c. fin. & c. ibi notantur, de consuetud. Sed potest introduci, ut probavimus sup. n. 19. ergo turpe non est, aut illicitum, itaut rejiciatur; maxime cum voluntas dantis in ultima dispositione vim legis obtineat, Authent. de nupt. §. Disponat, collat. 4. & in re propria quilibet sit moderator, & arbiter, l. in re mandata 1. C. mandat.

25 Quamquam alios casus præteream, vel quia minus frequentes, vel quia communiter non admittuntur; tres singulares adducere libet ex Pellizzario, quorum primum tradit, num. 11. nempe: si res proliis inutilis relinquatur

Ecclesiæ: ut Monasterio Monialium bibliotheca librorum ad legalem disciplinam attentum. Secundum, num. 51. si quid mobile pretiosum emerit Monasterium, credita pecunia, nam si venditor pretium, aut creditor mutuum, quod ad id comparandum præstitit, postulaverit, poterit ea res absque solemnitatibus, ut solvatur, distrahi. Tertium, num. 154. si in perpetuum Ecclesiæ 200. legentur in singulos annos, quia licebit Prælati, repudiare legatum præmissa cum hærede conventionie, ut pro una vice Ecclesiæ 4000. pendat. Hæc probabilitate non carent, saltem ob Doctissimi viri Auctoritatem, qui testatur, se consultasse Neotericos pericia insignes.

Sed de iure oppositum respondendum videtur, nam quoad primum obstat doctrina verissima, quam idem Pellizzar. probat n. 58. videlicet, rei sterilitatem, sive inutilitatem non excusare à juris solemnitatibus; nec refert, quod res sit evidenter inutilis (quo Pellizzar. ibidem, vers. Nec obstat. huic difficultati satisfacit, ) quoniam utilitas evidens Ecclesiæ, licet causa sit ad alienandum, solemnitates non supplet, Hermosill. cum aliis, dict. glof. 1. numer. 24. Delbene dubitat. 9. tit. difficultatis resolutio, num. 34. ubi optimè loquitur, & de necessitate evidenti etiam agit.

Quoad secundum, res, quæ emittitur pecunia credita, vel habita fide de pretio, nulla afficitur obligatione ad solutionem pretii, sed plene emptori acquiritur, qui solum personali actione tenetur, nisi aliud convenerit cum vendente, aut creditore, ut probavimus, sup. lib. 1. cap. 7. num. 53. maxime emente Ecclesia, quæ nec expressim posset rem emptam obligare, ut in minore docuit Consult. in l. 1. §. ultim. ff. de reb. eorum, quicquid senserit Guttier. de tutel. part. 2. cap. 5. ex num. 36. Quare ad alienationem rei, causa solvendi pretium ejus, non minus solemnitates requiruntur, quam si alia res Ecclesiæ venderetur, & præterea posset Ecclesiæ interesse potius aliquid aliud distrahere ad solutionem, quam quod emit iterum alienare.

Quoad ultimum, dubitari non potest, quin actus ille simulatus sit in fraudem legis, qui subsistere non potest; licet enim Prælati repudiet legatum verbis, in re illud acceptat, & acceptatum hæredi vendit pro annuis redditibus æquivalentem pecuniam præsentem recipiens; & cum hæc veritas sit, secundum eam de actu iudicandum est; non juxta id, quod machinatur, ac fingitur fraudandæ legis causa, l. 1. & per tot. Cod. plus valer. quod agitur.

Ubi autem Pontificis desideratur assensus, alienatio 26 non tenet, etsi fiat sub conditione: Si Papa præstiterit assensum. Quia præcedere debet, cum pro forma in actu sit necessarius, Panormitan. in cap. nulli, de reb. Eccles. Dian. part. 3. tract. 8. resolut. 77. Pellizzar. num. 107. Delbene dubit. 1. num. 44. Bonacin. punct. 4. num. 5. & ita declarasse Clementem VIII. restatur Marc. Anton. Genuens. in prax. Neapolit. cap. 44. qui tamen contrarium sentire videtur, cap. 88. num. 4. cum Riccio sup. decis. 56. Rodrig. questio. Regul. tom. 1. quest. 27. art. 9. & Quaranta, num. 34. qui formam tradit, num. 10. qua sic validè possit alienari. Quæ sunt intelligenda secundum dicta sup. cap. prox. num. 64. de nullitate alienationis ex defectu solemnitaris. Ad quem periculum rei spectet, si pereat ante assensum impetratum, docet Pellizzar. n. 176.

Ibi: Quibus in locis commemoratio.

Ad validam rerum Ecclesiæ alienationem unicus sufficit tractatus, sive conferentia, nisi aliud observet consuetudo, Cardinal. Tusch. lit. T. conc. 336. num. 12. Molin. numero quinto, in fine, Castill. dict. cap. 54. numer. 14. Cast. Palao, sup. punct. 15. §. 2. num. 9. Hermosill. in dict. l. 15. glof. 1. numer. 50. titul. 5. part. 5. Delbene dubitat. 9. titul. de difficultatis resolutio num. 2. Ricc. decis. 51. Bonacin. sup. numer. 1. vers. Quod sufficiat, Avendañ de censib. cap. 76. num. 5. Pat. Vazq. dub. 12. Rebuff. sup. num. 81. Pellizzar. num. 117. in fine.